quod licet Affl. in d. const. vt de successionibus contrarium teneat, vt foemina in feudis planis & de tabula succedat: tamen dicit, quod ipse non aduertit ad textum const. vt de successionibus: Sed aduertas, quod non absque ratione prædicti doct. communiter tenuerunt d. const. vt de successionibus quaternaris in feudis tantummodo locum habere: & non in feu. planis & de tabula: licet constitutio in aliquibus omnibus in feudis generaliter loquatur: nam
21 const. in aliquibus de ascendentium tractat successione, & collateralium ad successionem non extenditur, de qua loquitur
22 const. vt de successionibus: siquidem de scendentibus ascendentium magis, quam collateralibus collateralium successio debetur. doct. communiter in . §. cum filius inst. de hær. quæ ab inte. def. maxime Ias. Fab. et Cast. & const. vt de successionibus, quæ de collateralium successione loquitur, quod loquatur in feudis quaternaris tantum: & non in feudis planis & de tabula ibi: patet in . §. in omnibus, dum de feudis ad regem reuersis disponit, defectu personarum, quas admittit d. const. vbi ostenditur supra loquutum fuisse de feudis, quorum collatio spectat ad regem, & sic de feudis quaternatis, vt enucleat ibi
23 gloss. in verbo in omnibus: nam feudis plani & de tab. collatio deficientibus hæredibus spectat ad baronem: & non ad regem. And. in . c. i. §. regis ver. const. regni sicilie. nu. 4. in prima rub. feud. Affl. decisione, 282. & supra diximus, & quod tale feudum baroni deuoluatur, legitimis deficientibus hæredibus, est const. si quando & ibi Affl. in const. post mortem nu. 7. Sic verior est communis opinio, quod const. vt de successionibus in feudis quaternaris tantum loquatur: & non in planis & de tabula, ergo & hic idem dicendum esset, Sed dic, quod ibi de statuentium volutate apparet, voluisse de feudis quaternaris dumtaxat loqui: secus est hic, vbi tex. generaliter loquitur, & generaliter intelligi debet, vt dictum est supra.
24 ¶ Scire enim prodest: an hoc cap. si aliquem loquatur in feudis planis & de tabula, propter quia, vt foemina succedat, quæ iure communi feudorum non succedit, et vt primogenitus solus: & non plures succedant, & vt vterinus etiam succedat in feudo non ex com parente prouenti ente, quod secus iure feudorum, constitutionibusque regni determinatur, vt dicemus infra in verb. nō eōibus: quæ quo ad successionem in respectu gradus idem
25 est, quod iure feudorum, vsque ad septimum gradum iure feudo. In feudis planis et de tabula succeditur, vt not. in . c. i. de gra. succ. in feu. Frec. in tract. de subf. baro. in titu. diffe. feu. quæstio. 2. lib. 3. fo. 236. & vsque ad septimum gradum iure const. regni. vt in const. si quando de poen. Fertu. vt diximus supra in tit. n. & seq. & vsque ad septimum gradum per hoc . c. si aliquem succeditur, vt dicemus in verb. vsque, & verb. ad trinepotes.

IN VERBVM

NVLLO

SVMMARIA

Ablatiuum absolutum expressum, & propriam conditionem facit. 1
Conditione, quod nullus extiterit hæres nisi purificata non succeditur per . c. si aliq. 2
Fratris sorores excludunt, si ipsas maritauerint, & dotauerint, iure const. 3
Qualitate aliqua à statuto necessaria nisi illa purificata non admittuntur 4
Negatiua si est fundamentum intentionis agentis plene probari debet. 5
Proximior, si ab agnatione vocatur, aliquem in gradu nō procedere probare debet. 5
Negatiua an sit semper verum? 6
Facta non præsumuntur: sed probari debent. 7
Negatiua simplex non coarctata loco & tempore est improbabilis natura. 8
Probasse ex ipso quis dicitur, dū contrariū nō probatur, si pro eo est præsumptio. 9
Proximior vocatus, quā probationem afferre debet, cum simpliciter, & cum alio nō ex idagne vocatur? 10 & 11
Hæres vt adeat hæreditatem, cum contradictorem non habet, sufficit, vt vehementer opinetur hæreditatem sibi delatam, morte non testamentam, vel se proximiorem. 12
Diuini vel sunt consanguinei. 13

Nullo

1 NVLLO, Not. q ablatiuum hoc
absolutum (nullo legitimo hærede) fa
cit expressam ac propriam conditionem.
.l. ab emptione .ff. de pact. vbi Bar. &
alii, colligitur etiam ex eodem Bar. in .l.
1. q. 7. ff. de cond. & dem. & habetur
per omnes in rub. ff. sol. mat. vbi Vicē
ti. Salyce. testatur hanc esse verissimam
2 & communem opinionem. Igitur nisi
si purificata conditione, q legitimi de
scendentes hæredes non extiterint, per
sonæ ad feudum inuitatæ per hoc statu.
venire non possunt. l. cedere diem. ff. de
uer. sig. §. ex conuentionali inst. de ue.
ob. l. qui hæredi ff. de cond. & dem. auth.
licet. C. de nat. lib. Bar. & cæt. in .l. 1.
§. filium. ff. de bon. pos. cō. ta. Acce
dat quod habetur in const. in aliquibus
3 rub. 3. lib. 3. vbi fratres sororibus præfe
runtur, si ipsas nuptui tradiderint, & do
tauerint: nam (nisi impleta d. conditio
ne) sorores non repelluntur: sed feudi
portionem eis contingentem petere po
terunt. sm And. ibi per .l. 1. C. de his, q
sub modo. et .l. 1. ff. de an. leg. et Afflic.
ibi nu. 25. q. ii concor. allegat.
4 ¶ Ex quo inferri videtur, q ad obtinen
dam hæreditatem, consequendum q
feudum vti proximior, quis necesse hēt
probare: non esse legitimos descenden
tes hæredes: siquidem cum qualitate ali
qua a statuto vocati, eam purificatam es
se probare debent, vt obtinere possint.
Io. And. in c. i. de homic. in vi. Bar.
in .l. 1. §. hoc interdictum. ff. ne quid
in loco pub. Bal. in .l. si quis non dicam
rapere. C. de epi. & cler. Soc. in consi.
57. in causa nu. 11. vol. 3. Deci. in consi.
80. nu. 3. cum concor. per Paris. in cōn
5 si. 39. nu. 30. 31. & 32. vol. 3. Nam
licet non esse legitimum hæredem: sit
negatiua: attamen est fundamentum in
tentionis agentis, quo casu plene est p
banda. est communis opinio, quam testa
tur Ias. post Alex. in .l. in illa nu. 11. ff.
de ver. ob. Abb. in c. fin. nu. 11. de p
6 sumpt. & priuatim cum quis ab intestato
tamq proximior succedere vult, q nedū
se coniunctum: sed et se proximiorem
coniunctum plena probatione ostendē
re debeat, tenet Soci. nep. in consi. 26.
qui incipit dubitatur nu. 10. vol. 2. qui di
cit ita assignare voluisse Aret. in §. actio
num col. fin. ver. si autem ab intestato in
sti. de acti. ¶ At contrarium, quod ad
obtinendam hæreditatem tanq proxi
mius sufficiat probare se esse talem, qui
ad successionem admittatur, puta in
secundo, vel tertio gradu vsq ad septi
mum gradum in terminis huius statuti
licet non probet, q illi qui sunt in pri
mo gradu, & sic proximiores non extēt,
neuissime tenet Rimi. nal. in consi. 242.
in causa arrenii nu. 3. vol. qui dicit esse
no. decisi. Rapha. quam sequitur Rom.
in .l. hæres instituetur, & .l. seq. ff. de ac.
hær. per tex. in .l. anus cetam de succe.
& .l. 2. C. de succe. edi. & ita limitari asse
rit dicta Bar. in d. l. in illa: & rationē
7 assignat: quia facti est, non et dum filios
siue proximos habere, & facta regulari
ter non præsumuntur .l. in bello. §. fac
tæ. ff. de cap. & postlim. reuer. & addit.
ibi citat post Cum. Alex. in .l. is potest
ff. de acqui. hær. et, q referat & sequat
8 Dec. in consi. 321. Et tu aliam adde rati
onem: nam q non sit alius proximior ē
negatiua simplex, nec loco, nec tempo
re coartata, quæ per rerum naturam
improbabilis est .l. actor, C. de prob.
Ias. in dicta .l. is potest n. 89. ff. de ac. hę.
Ideoq sufficere videtur allegare se pro
ximiorem probare, q sit infra gradum,
infra quem succedere possit: quia pro
9 eo erit præsumptio, & cum quis habet p
se præsumptionem, quid probare debet
eo ipso probasse dicitur, quod contrari
um non probatur. est glo. in .l. super ser
uis. C. qui milit. non po. lib. 12. l. 1. C.
qui testa. fa. po. Ias. in d. l. is potest nu. 88.
ff. de acq. hær. Sed aduerte, q Dec. in d.
consilio. 321. licet d. opinionem referat: ac
tamen eam sequi nō vr, imo in nu. 5. 6. alteri
us aduertendū est dicit quod dictum testator
vtatur comparatiuo videlicet, ut proximior
succedat, est necesse probare maiorem pxi
mitatem, quæ ex prioritate gradus ostēdi
tur .l. 1. §. hæc autem & .§. gradatim. ff.
vnd. cogn. .l. iuris cōsultus in prin. ff. de
10 grad. cum concord. ibi. ¶ Nos vero in hac
re distinguendū esse putamus. quando sim pli
citer proximior vocatur, & sufficit probare se
esse in eo gradu in quo succedere pōt, pu
ta infra. 7. per hoc cap. & infra .x. gra
dū in allodialib⁹. §. pen. ver. hoc loco in.
de suc. co. glo. & do. in .l. fi. C. vnde le. nā
verbū proximior a testatore plane nō de
bet in infinitū: sed ad .x. gra. extēdi. De.

d. consi. 321. nu. 3. post Ancha. in consi. 94. col. 2. ver. circa primum. & Bal. in consi. 334. n. 4. vol. 3. per tex. in l. 1. C. unde u. r. et uxor. & in feudalibus secundũ ius commune feudorum in infinitum inter descendentes, & usque ad septimũ grad. inter collateral. ut supra in rub. diximus. Et tunc procedat opinio Cum. quã Roma. & Rimin. sequuntur, nec ab ea ita clare discedere videt. Dec.
11 ¶ Aut vocatur proximior non extante alio descendente hærede, ut hic, et tunc quia sub conditione vocatur, nisi adimpleta, & plene probata non obtinebitur hæreditas, & procedet prima opinio. ¶ Et prædicta intelligenda sunt, cũ quis succedere prætendens ab alio hæreditatem petit, qui illas possi-
12 deat, quasi ad se pertinere prætendens: secus si nullus feudum detineat: nam tunc ut hæreditatẽ ab intestato sibi delatam, et consequenter feudũ in quo requiritur, ut sit hæres, ut dicemus in verbo masculus adeat, vel agnoscat sufficit, ut sciat, l. vehementer opinetur hæreditatem siue feudum sibi delatum, l. testatorem mortuum. & se proximiorẽ ab intestato Ias. in d. l. is potest nu. 3. & 4. ff. de acqui. hæred. tex. in l. 2. §. liber & ibi glo. ff. de aqua plu. arc. ¶ Nec ab ista distinctione dissentit Tiraq in tra. de retract. lign. §. 1. glo. 1. cum pluribus seq. fo. 100. quẽ modo repetim. ubi post quãplures, quos more suo refert, cõcludit, quod si controversia est inter duos consanguineos, is, qui agit aduersus alterum possidentem, debet probare se esse proximiorem, cùm id sit fundamentum intentionis suæ, etiã si id negatiuũ esset l. hoc iure & ibi Bar. & alii ff. de verbo. oblig. & priuatim ità respondisse Decium in consi. quod supra nos adduximus: At si extraneus teneat, aut sit quæstio inter uxorem, et fiscũ, & hunc qui se dicit consanguineum satis erit probare, se simpliciter esse fratrẽ, aut patruelem, ut aliter coiunctum Raphae. Cumã. in l. is potest, & ibi etiam. Alex. col. 4. versi. sed. iuxta prædicta & Ias. col. pen. versi. pone ego contra, ff. de acqui. hæred. cum aliis ibi, ubi etiam refert Raphae. dixisse se numquam vidisse aliter in pratica obseruari, dummodo, quod probet se in gradu consanguinitatis esse, qui succedere possit ità Tiraq. ibi nu. 9. hoc enim probato præsumitur alium

proximiorem ipso actore non esse: quia si esset, cito aduolasset ad capiendum hæ-
13 red. talem: quia diuitum omnes sunt consanguinei, & ideo concludit hoc ipso, quod contrarium non probatur, qui se in certo gradu consanguineum probauit, & dicit etiam voluisse Ias. in cõsi. 24. ad n. onua in prin. lib. 1. ubi alia multa affert.

IN VERBA

MORI CONTINGAT.

SVMMARIA

Cap. si aliquẽ locum hēt ab intestato. 1
Aliẽabilia regulariter hodie sunt feuda per c. volentes. 2
Statu. excludens fœminas à successi. non habet locum si factum est testamentum, et in eo essent institutæ. 3
Renũtians futuræ successioni: licet ab intestato succedere non possit: succedere tamen potest ex testamento, si est uocata. 4

MORI CONTINGAT.
1 Suple ab intestato: nam licet hoc statu. indistincte loquatur, nec declaret an testatus, uel intestatus quis succedat: tñ per constitutionem reg. Federici editã ad declarationẽ præsentis textus, quę incipit constitutionem declaratur, cùm ab intestato quis decesserit. Secus si testatus dece-
2 dat, quia tunc potest testari et in quolibet alienare feudũ per c. volentes hodie, quę feuda regulariter effecta sunt alienabilia secundũm cõmunem opinionem quam testatur Gramma. decisi. 103. nu. 125. ubi allegat Petrum in consi. 4. & Cassaneum, in cõsi. 8. super duabus consuetudinibus, & ait etiam idem Petr. ubi in 4. not. incipit redeamus ad notabilia feudorum col. 2. versi. quẽ autem sit tanto circa medium, ibi hodie autem cũ per c. volẽtes. ¶ Quod limita: nisi forma repugnauerit secundũm aliam cõmunem opinionem relatam per Iohanẽ Aloysio de septimo in d. c. volentes & ità tenet hic Guille. de Perno dicẽs ità cõclusisse circa huius c. intellectũ est de archiepiscop. Vbertinũ, dũ inuicẽ cõferebãt. & ita et tẽ do. Bla. & in hoc nẽo dubitat.

& faciunt

& faciunt ea, quæ congerit Io. Aley. de Sepinmo in d. c. volentes in declara. clausulæ iuris francorum col. 5. l'atuli. in consi. 73. nu. 21. & seq. vol. 2. vbi multa & Pet. Greg. in tract. concessi. feud. p. 4. q. xi. vbi concludit, quod statu. fœminas propter masculos excludens, intelligi debet ab intestato, citat Bal. in l. 1. ver. alio statuto cauetur. C. de leg. hær. per tex. in l. papinianus. §. sed nec im puben. ff. de inof. test. vbi Alex. in addi. mod. in tract. de exc. mascul. q. 4. And. in const. in aliquib. col. 2. versi.
3 Verum, vbi Afl. col. 5. & quod stat. fœminas excludens locũ non habeat, quando factum est testamentum, & in eo fœminæ esset institutæ, tenuit idem Alex. in consi. 131. vol. 2. late Brun. in d. tract. stant. quod masc. arti. viii. q. 6. & 8. Paris. in consi. lui. nu. lxxviii. vol. 3. vbi citat Ang. Imo. Alex. et Aret. in l. gallus, §. & quid si tantum. ff. de lib. & po. Insuper facit, quod ait Bar. in l. stipulatio hoc modo concepta de ver. obli. circa intellectum c. quamuis de pact.
4 in vi. quod si filia cum iuramento futuræ renũciauerit successioni paternæ; licèt ab intestato patri succedere non possit: tamen ex testamento (si à patre sit hęres instituta) succedet. pro quo faciunt concor. alle. per Afl. in d. const. in aliquibus. vbi dicit, quod licèt fœmina per existentiam masculi successionẽ amiserit: non tamen passiuam testamenti factionem perdidit, vt si pater eam instituisset hæreditatẽ habere nõ possit, l. penu. §. si patronus. ff. de bon. libe. At do. hieronimus fimia in alleg. spac. cifurni, incip. excellentes domini versi. nec obstat dum dicebatur tener. quod licèt const. in aliquibus loquatur ab intestato sm Isr. ibi col. 2. & feudatarius hodiè de feudo disponere possit, tam in vita, quàm in morte: per c. volentes: attamen intelligendũ est, ut disponere possit eo modo, vt eius dispositio feudi naturæ, naturali rationi, legibusque regni non repugnet: siquidem quisque sm leges disponere debet, vt eius valeat dispositio, nec legi derogare potest. l. nemo potest. vbi Cmt. ff. de leg. 2. cum sim. Et feudi natura est in regno, ut fœmina per masculum eiusdẽ gradus excludatur. per hoc. c. si aliqui. & const. vt de successionibus, vnde in casu suo concludit, quod testator disponere non potuit, vt fœmina per masculum ulterioris gradus excluderetur: quia non sm legẽ regni disposuit. Sed si hoc verum esset, omnes ab intestato succedentes iure ciuili semper succederent, etiam ex testamento: quia testator non sm leges disponeret, quod est apertissimè falsum, tunc contra leges quis disponere dicit: cùm ius dispositionẽ testatoris reprobat: sed non cùm non reprobat: sed aliquos ab intestato uocat, et nihilhominus dat facultatem testandi, tũnc alios instituendo, qui testamenti factionem habent: licèt non eos, qui ab intestato succedere debebant instituat, valet institutio, ita & hîc: per c. si aliquem succeditur ab intestato, per c. volentes datur facultas testãdi forma non repugnante. potest quilibet alius institui: licèt per c. si aliquem non vocetur, imò vocati per id, vel per const. in aliquibus, vel per aliã legem prætermittantur. Sic n. sm legem: & non contra legem erit talis dispositio, & consequenter l. nemo potest non refragabitur.

IN VERBA
NON COMMVNIBVS
SVMMARIA

Collaterales succedunt et in feudo nõ ex communi parente proueniente per cap. si aliquem. 1
Vterinus an succedat? cum seq. 2
Cognationis iure successio nulla est in feudis iure feudorum. ibidẽ.
Intellectus consti. vt de successionibus, ibi siue ex altero tantum. 3
Coniunctus ex latere, vndè non venit feud. iure const. succedit. 4
Const. indistinctè loquens, indistinctè intelligi debet. 5
Lex indistinctè loquens omnem casum complectitur, et si maior sit ratio in vno, quàm in alio. 6
Mens statuti semper est attendenda. 7
Statutum potius ut corrigat, quàm vt sit super

stantum interpretari debet. 9

Opinio vltima probata censetur. 8

Legũ corre. inducitur per arg. à cõtrario sen. su, si verba in sẽsu directo sũt superflua. 10

Intellectus nouus ad cõstitutionem ut de successionibus, quòd frater, tam in feudo nouo quam paterno: sed filius fratris in feudo paterno succedat. 11

Frater solus concurrens in quocunq; feudo succedit: secus cum alijs. inibi.

Legitimatus nõ succedit in feudo, nec in emphyteusi ecclesiastica, licet in alijs bonis succedat: nisi expressim sit legitimatus ad feuda. 12

Legitimatus in allodialibus succedit: licet nõ succedat in feudo & emphyteusi. ecclesiastica. 13

Legitimatus succedit in feudo non solum si ab imperatore ad feudum sit legitimatus: sed etiam si à comite, vel alio, cui specialiter fuerit concessum per priuilegium. 14

Legitimatio est actus suppremæ potestatis & de reseruatis principi. 15

Legitimari potest non solum naturalis: sed etiam spurius. 16

Legitimatus nõ solum intelligitur quò ad patrem: sed etiam quò ad alios agnatos, ut succedat. 17

Legitimatus cõprehenditur in statuto loquente de agnatos, fœminis exclusis. 18

Legitimatio qualiter sit petẽda? remissiuè. 19

Legitimatio an possit fieri in præiudiciũ tertij de plenitudine potestatis? remissiuè. 20

Legitimatio ex causa fieri potest in præiudicium tertij. 21

Legitimatio per imperatorẽ non valet in feudis ecclesiasticis, sicut è contra per papã in feudis secularibus. 22

Legitimatus per subsequens matrimo. censetur quò ad omnia, etiam feudalia. 23

Legitimatus per subsequens matrimo. succedit in emphyteusi ecclesiastica. 24

Legitimatus per subsequẽs matrimo. dicitur verè legitimus: & non fictè, etiã ut cõprehendatur in statuto. 25

Legitimatus per subsequens matri. intelligitur etiam si non interuenerint instrumenta dotalia. 26

Legitimatus per subsequens matr. intelligitur, etiam si parentes sint dispares genere & diuitijs. 27

Legitimatus per subsequẽs mat. dicitur, etsi in articulo mortis fuerit celebratum matrimo. 28

Legitimatur per subsequens matri. etiam repugnantibus parentibus, & semetipso, & non solùm, quò ad successionem parentum: sed etiam antecessorum, & etiam si filij sint concepti lite pendente, vel nati ante matri. 29 30 & 31

Legitimatus per subsequens matri. succedit, etiam si feudum sit concessum pro se & filijs legitimis, quod clarè procedit, si solus concurrat. 32 33

Adoptiuus frater an succedat in feudo? 34

NON COMMVNIBVS.

1 No. quòd collaterales per istum tex. nõ solùm succedunt, quando feudũ prouenit ex aliquo ex parentibus cõmunibus: sed etiam si prouenit ex aliquo non cõmuni parente, & sic frater vterinus succedet, quod secus est de iure communi feudorum, quo frater uterinus non succedit:
2 quia situm est genus primi acquirentis feudum, & ideo in feudis iure cognationis nulla est successio: sed fratres, fratrumq; filij, agnati & deinceps succedũt, si feudum est paternum, hoc est illius patris, qui eiusdem est agnationis, c. i §. his uerò de success. fratrum vel. grad. succe. Bal. & Ange. in cõs. incipit serenissima & illustrissima regina, & cæteri relati per Curti. iunio. in tracta. feud. in .3. par. de successi. transuer. nu 33. vers. quinimò circa istius materiam. ¶ Sed de iure constitutionum regni est altercatio: an succedatur? cum multi per constitutionem ut de successionibus tenuerint, quòd frater succedat indistinctè, siuè feudum ex aliquo ex cõibus parentibus prouenitiat, siuè non: tamen per illam literam generaliter loquen. ibi ex utroq; parente, siuè ex altero tantùm: sed glo. ibi in verbo ex altero tantùm contrarium tenuit; quòd tunc frater ex altero tantù parente succedit quando feudum prouenit defuncto ex parente, ex quo frater superstes coniunctus erat, & eadem constitutione mouetur

fol filij autem fratrum &c. dum dicitur, quod filii fratrum succedunt in ius patris eorum in his, que communis patris fuerunt ab feodum, & late hanc q. examinat sed non determinat Andr. in c. 1. de na. suc. feud. nu. 8. vnde praesens litera dubium praedictum declarat, & tacetur non hic de: meus propatruus do Blas. lan
3 cea. ¶ Sed nos vltra dicimus, quod de iure constitutionum regni quilibet frater indistincte admittitur, siue feudum ex communi parente prouenerit, siue aliunde illam literam ponderando. Sed vt melius his, que in contrarium adducuntur, respondeamus, vltra praedicta, quid senserit alii videamus. dicit .n. tex. in const. vt de successi. fratres siue ex vtroque parente, siue ex altero tantum, & sorores in capillo existentes etiam communi patre superstite succedunt, gl. in verbo ex altero intelligit tex. ex altero parente, a quo prouenit feudum, non autem ex eo, a quo non prouenisset feudum, vt sit casus quod frater vterinus non succedat in feudo paterno, nec frater consanguineus in feudo materno: cum non sint descendentes, a quibus possit feudum: sed consanguineus in paterno & vterinus in materno succedant, in vtroque vero coniuncto nulla sit quaestio, quin semper succedat, mouetur arg. tex. l. de emancipatis .C. de leg. haere. secundo per eundem tex. ibi in §. filii autem fratrum, vbi dicit hoc declarat, quod fratrum filii succedunt in ius, quod pater eorum habebat, in his tamen feudis, que communis patris fuerunt, & sic dicit locum non habere in bonis aliunde prouenientibus sed consideratur vnde processit feudum, allegatur idem probari in constitutione si quando aliquem, quae est post constitutionem forjudicatorum: & tex. in, c. 1. de na. succe. feud. & c. in his de gradi succe. in feu. & istum intellectum approbasse papam Honorium in capitulis suis. & etiam Bal. in consi. serenissima & illustrissima regina, quod consilium est inter consilia Ange. Aretini & Pet. Piciolus in quadam sua apostilla ad d. constitutione vt de successionibus, & pro hoc facit tex. in l. quod scitis. C. de bo. lib. & dicit Affli. in d. constitutione vt de successionibus in .ru. 8. vbi dicit, quod mens fuit de Andr. dicer. quin contrarium tenere videatur, esse intellectus, sit melius

orib. & authoritate. solicitus, vel possessio saluari subdit, quod licet Andre. referat contrarium fuisse consummatam tamen
4 aliunde non sequitur illud. Nos vero ut diximus contrarium verius putamus. Andre. sequentes opinionem, vt tex. simpliciter, pro vt loquitur intelligatur, & generaliter, vt siue coniunctus sit ex latere, vnde venit feudum, siue non, semper succedat iure illius constitutionis vt de successionibus tenentes: n. hanc opi. mouentur.
5 Primo quia constitutio simpliciter & indistincte loquitur, & simpliciter et indistincte intelligi debet: nam vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. Secundo confirmatur: nam lex generalis et indistincte loquens non tam: cahort com plectitur, dum quod maior ratio sit in vno quam in altero. l. t. §. quod autem ff. de aleatoribus. Tertio quia mens semper est attendenda in qualibet interpretatione. l. in. C. de lib. praeter. aut exhaer. & que ista fuerit mens satis probatur: quia conditor illius constitutionis, quod statuit per illam constitutionem dilucide statuit, ne dubietas in futurum posset oriri, vt in princ. eiusdem constitutionis habetur. si ergo de voluit illam constitutionem componere, ne in futurum aliquod oriretur dubium, hoc declarate expressisset, si talem habuisset intentionem, videlicet vt coniunctus ex latere, vnde venit feudum tantum succederent, & non alius sed hoc non expressit ergo ut eius statuta alia sunt, quam ista, & per hanc rationem ita dicit non curassent tenere Andre. in d. constitu. vt de successionibus col. 2. & in constitutione si quando aliquem lib. 3. que est post constitutionem forjudicatorum & in c. 1. de na. succe. feudi. vbi dicit quod ita per sapientes regni fuit decisum tempore regis Charoli primi, qui bene disceptabatur factum, pro fratre consanguineo vendicante feudum fratris defuncti sibi ex latere, quod a matre sibi prouenerat, vnde frater coniunctus non erat, & sententia eius per magnum iustitiarium & iudices magnae curiae fuit confirmata, & etiam hac opinione transit, quam tenere videtur
8 siquidem vltima opinio relata probatur praeferri in gl. nota. in l. si idem. ff. de re iud. & in l. de iuris. om. iud. & tab. sic competat. C. in l. sci. ff. de

cath. Bal. in l. c. i. an agna. vel cogna. Rimina. in §. i. inst. d don. nu. 160. Fol. 341. & in §. fin. nu. 23. instit. qui. alien. licet fo. 414. Imò expressim in d. c. de natu. succe. feud. sequitur hoc dicens: & hoc verius est simpliciter intelligens de coniuncto ex uno latere, vt ibi nu. 8. ver
9 si. additio & hoc supplendo. ¶ Quartò nos confirmamus: quia statutum non debet esse superfluum & frustatorium, imò potius correctio, quàm superfluitas praesumitur gloss. fin. in c. quamq; de vsur. in vi. & talis debet fieri interpretatio, ut aliquid vltrà ius commune operetur. arg. l. si quando. ff. de leg. p° & per Bal. in rub. C. de contrahen. emp. secundùm Parisi. in consi. 49. nu. 54. vol. primo & consi. 110. nu. 6. & consi. 57. nu. 26.
10 vol. 3. ¶ Quintò: quia legũ correctio inducitur etiam per argu. à contrario sensu, quandò in sensu directo verba superflua redduntur proptèr euitandam superfluitatem. l. nullam iúcta authe. diaconissam. C. de episco. & cleri. est communis opinio, quam testantur modern. repet. fo. 135. nu. 21. vol. Sed si dicta constitutio ut de successionibus ut diximus nõ intelligeretur, superflua, & frustatoria redderetur, quod probatur: nàm de iure communi feudorum erat statutũ, ut succederetur fratri in bonis feudal. communis patris, taliter, quòd intelligebatur de fratre utrinq; coniuncto, vel de fratre ex latere, vnde proueniebat feudum, ut est tex. in d. c. i. §. his de grad. successi. & tex. in c. i. §. cùm verò corradus de his qui feu. dar. pos. & si intelligimus hanc constitutionem, sicut est de iure cõmuni, redditur superflua hec expressio, quae fit ibi (siue ex utroq; parente, siuè ex altero tantùm) quià iàm istud de iure communi subintelligebat, & sufficiebat dici simplicitèr, frater, et non poni siuè ex utroq; parente, siuè ex altero, intelligendo, prout simpliciter verba cantant, ista cõstitutio corrigit ius commune: quià de iure cõmuni succedebatur in feudo cõmunis patris, & per hanc constitutionem nouitèr in feudo nouo, & aliundè proueniente. Nec obstat si diceretur, quòd recipit interpretationem à iure communi, quià verba sunt clara, & nõ indigent interpraetatione, & sic remanet firma conclusio quòd frater succedit in feudo aliundè p-

ueniente, & feudo nouo secundùm quod his fuit decisum, ut dixit Andr. ¶ Restat solum ad contraria respondere, quibus nemo respondet, & primò non obstat alleg. tex. l. emancipatis & authoritates per Afflict. adductae: quià locum habent de iure communi: secus de iure illius consti
11 tutionis quae corrigit ius cõmune. Secundò non obst. §. filii autem fratrum in d. constitutione ut de successionibus, quae pobissimè ad hoc allegatur: quia nihil facit: nàm dicit ibi tex. quòd filii fratrum succedunt in ius, quod habebat pater eorum in his, quae fuerunt cõmunis patris, quasi sentiens, quòd tantùm in hoc casu filii fratrum succedunt in ius paternũ eorum; quandò tractatur de successione feudi quod fuit cõmunis patris: sed nõ quandò nõ fuit communis patris, & mirum quomodo tex. istum non intellexerũt: cum clara sint verba, ut sit sensus totius cõstitutionis, quòd frater succedit tàm in feudo paterno, quàm in feudo nouo, siuè in feudo aliundè proueniente, nec nõ filius fratris, qui est remotior succedat tantũ in feudo paterno, & ne generaliter intelligeretur in futurum, quòd fratrum filii succedere potuissent, sicut eorũ parentes, clare exprimitur per haec verba in his quae fuerunt communis patris: quià voluit omnia dilucidè constituere, ne in futurum aliqua oriretur dubietas, vt habetur in prin. eiusdem const. ¶ Fratrum verò filii an succedere possint in his, quae non fuerunt communis patris est alius casus, qui est omissus per dictã const. & cũ potuisset simplicitèr loqui, & clarè exprimere, & non expressit, nihil q; dixit, sequitur, q; in hoc casu disponere noluit, & per omissionem contrarium disposuit arg. l. prin. §. si verò talis. C. de cad. tol. Parisi. in consi. 46. nu. 13. vol. 2. sic parcat Affl. quare insurgatur de Andre. quia nos imitamur eum: siquidèm hoc, quod tenet And. est ipsa veritas: vz. q; frater tàm in feudo paterno, q̃ in feudo nouo & aliundè proueniente succedit: filius autẽ fratris paterno tantũ in feudo succedit, in quo vltimo casu gloss. & Affl. etiàm concurrit. et quod ad hoc vt frater in feudo nouo & aliundè proueniente succedat: d. const. vt de successionibus huic cap. cõ
12 formis existit. ¶ Limita tamèn praedicta

dicta procedere, quandò unus est fra-
ter, qui ad successionem concurrit, tùnc
non refert: an feudum cõmuni ex parẽ-
te, necaliundè proueniat, & siuè sit vtrin
q; coniunctus, siuè ex latere tm̃, consan
guineus, vel vterinus: vt per And. in d.
cõst. vt de successionibus: secùs si plu-
res concurrant fratres: quià tùnc quis p̃-
feratur (dicemus infrà in verbo maior,
vel in verbo proximior vbi melius ca-
dit & in ver. masculus, et ità per hũc tex.
postea tenere inuenimus Petr. de greg.
in tracta. de concessi. feud. in 4. par. pn
ci. q. 7. versi. predictam tamen ampliati
onem in fin. vbi dicit, quòd quãdò alius
frater ex communi parente non reperi-
tur, tùnc in subsidium ad successionem
feudi admittitur etiàm frater vterinus,
qui non descendit à communi parente,
per hanc literam cap. si aliquẽ. ibi si feu
dum ipsum ab aliquo ex parentibus sibi
& fratri cõmunibus, vel non cõmunibus
peruenerat ad defunctum, & etiam allo
gat moder. bien. q. 1. & q. 2. pòst Andre.
in constitutione vt de successionibus co
lumna. 3.
¶ Sed iuxta hocq; an frater legitimatus
succedat? breuitèr distingue, quòd aut
fuit legitimatus simplicitèr per rescriptũ,
13 aut per subsequens matrimonium: Primo
casu non succedit in feudo. c. 1. §. natura
lis si de feud. defun. fuer. conten. intèr
do. & agnat. cum concord. per Tiraq.
lib. 1. de retra. §. 1. in glo. 2. nu. 6. & in tract.
le mort. 4. part. 5. declaratione. & de
nobili. c. 23. nu. 16. & c. 15. nu. 18. cũ aliis
relatis p Dida. Coua. super decret. part.
2. cap. 8. nu. 27. latè Parisi. in consi. p°.
nu. 114. vsq; ad 121. vol. 2. ¶ Sicut
non succedit in emphyteusi ecclesiastica.
vt no. Bal. in l. generalitèr. §. cùm autẽ
C. de insti. & substitut. & Alex. in. l. ex
facto. §. si quis rogatus col. 1. ff. ad tre-
belli. cum aliis cumulatis per doct. in d. c.
naturales & per moder. in tract. de feud.
in 3. par. princi col. 1. versi. xix. q. & aliis
citatis per Parisiũ in consi. 38. nu. 42. vol.
2. licèt in aliis bonis succedat. Brun. in
consi. 133. nu. 20. fo. 2. quin. vol. plur. consi.
¶ Quod. fallit nisi expressè fit legitima
tus ad feuda. glo. in d. c. 1. §. naturales si
de feud. defunct. fuer. controuer. intèr
do. & agn. & ibi Andre. de Iser. Bal. Al
...

uar. Afflict. & cæteri. Decius. in consi.
275. in causa. col. fin. cum aliis, quos
congerit testans hanc esse communem
& indubitatam conclusionem Parisi. in
dict. consilio p°. nu. 122. & 123. Abb. in
c. innotuit de elect. col. penul. Beer. de
consi. 123. Alex. in. l. ex facto. §. si quis roga
tus no. 18. ff. ad trebell. & cæteri per Dida
cu. Coua. relati in d. par. 2. cap. 8. nu. 27.
latè Guill. de Perno. in consi. 10. col. 2.
quæ limitatio recipit ampliationes. et li
14 mitationes. ¶ Amplia primò, vt pro
cedat nonsolùm, si fuerit legitimatus ab
imperatore: sed etiàm, si a comite, vel
quolibet alio inferiore, dummodo, quòd
princeps hanc dedisset facultatem per
speciale priuilegium expressum, vt tradit
Bal. in. l. 1. C. de tutor. & curato. dat ab
his Paul. de Castro. & cæteri. scrib. in. l.
gallus. §. & quid si tantùm. ff. de. lib. &
posth. cano. in. c. per venerabilem qui fi
lii sint legitimi Petrus de Vbal. in tract.
de succes. ab intesta. char. 8. col. 4. Anto.
rosel. in tract. legitima. lib. 2. col. 16. versi.
vltimo videndum est, Dec. 9°. 55. col. 2.
versi. sed prædictis & cõsi. 307. Soci. in
cõsi. 83. nu. 3. col. 3. secundũ Parisi. in
consi. 1. nu. 2. vol. 2. ¶ Licèt sit actus
supremæ potestatis & de reseruans prin
cipi legitimatio per docto. in d. l. gallus
§. & quid si tm̃ & cano. in d. c. per. uene
rabilem qui filii sint legi. vt ait Parisi. in
consi. 9. nu. 82. vol. 2. & facit non com
prehẽdatur, quãdo potestas alicui per
imperatorem legitimandi est concessa,
quę ad hæreditatem, & bonorũ successi
onem, vt succedat in feudis. Marian. So
ci. iunior in consi. 72. n. 49. vol. primo et
Roland. à valle in consi. 6. nu. 30. vbi vult,
quòd princeps põt concedere comiti
palatino legitimandi potestatem citatis
vel non citatis his, de quorum præiudicio
tractatur. & dicit asserere cõmunem las.
col. fin. in. l. gallus. §. & quid si tantùm
ff. de liber & post. Gozad. in consi. 6. &
15 cæt. ¶ Amplia secundò, vt non tantũ
naturalis possit ad feuda legitimari: sed
etiàm si fuerit spurius. vt no. in d. §. natu
ralis in prin. & in d. l. gallus. §. & quid si
tantùm, & quis dicat Bal. quòd prin-
ceps, qui hoc facit videtur virum pecus,
nec haberet præ oculis iustitiam publi
cæ honestatis, quià per solas nuptias cõ
seruatur elegans genus humanum, & im

mortale. ut in auth. de nup in princ. & in
d. l. 1. ff. sol. ma. Bal. in titulo de feu. cõtr.
c. filium nati circa fin. vt refert Guil'le. de
Peraso in d. consi. 10. col. 2. tamen. si una
fœmina est legitimatus per rescriptum nõ
debet uocari spurius. l. imperialis. C.
de nup. et quò ad omnia legitimatus ille
nobilis dicetur secundùm Paul. de Cast.
in. l. sed si hac. §. patronum in fin. ff. de
in ius uo. Fely in. c. in præsentia col. 10.
versi. quartò in quantum de proba.
¶ Vnde in pluribus æquiparatur legiti
mo per notata in. l. gallus. §. forsitan
ff. de lib. & posthu. & in. §. nunc de lege
uell. ua. & per Fran. Curt. in consi. 13. & cõ
si. 73. col. 12. & consi 17. col. 1. & latè per
Dec. in cõsi. 253. et cæteros. vt per Pa
risi. in consi. 18. nu. 44. & 45. vol. 4. &
vide Parisi. in consi. 12. nu. 3. late licet
remissiuè, quandò æquiparatur legitimè
16 nato. vol. 2. ¶ Amplhatur tertiò vt nõ
solùm iste intelligatur legitimatus, quò
ad patrem: verum etiàm, quò ad omnes
alios parentis agnatos, absque eorum con
sensu, etiam quò ad successionem, ut illis
succedere possit, ut in casu præsentis statu.
ut in authe. quib. mo. nat. effici. sui. §.
quapropter las. in. l. si is, qui pro em
ptore nu. 141. ff. de usucap. Decius. in
consi. 361. Grauett. in consi. 139. col. 2.
cum concord. per Dida. Couarru. in d.
c. 6. nu. 1. in secunda part. super decre.
& hanc esse magis communem opinio
nẽ testatur Alex. in cõsi. 139. eleganter col
2. vol. 5. & consi. 2. iuris col. 5. versi. &
ad prædicta satis enim est, quòd pater
consentiat, etiam quòd non consentiant
agnati, ut refert & sequitur cũ multis ali
is Parisi. in consi. 9. nu. 33. vol. 2. & quod pos
sit fieri talis legitimatio patre uolente, si
nè filiorum citatione tenet Parisi. in con
si. 9. nu. 30. & 31. vol. 2. & cõsi. 12. vbi ualebit
legitimatio quò ad bona de quibus pa
ter disponere potest.
17 ¶ Amplia quartò, vt non solùm succe
dat, si est solus legitimatus: sed etiam si
sunt fœminæ concurrentes legitimæ: quia
filius legitimatus comprahenditur in
statuto vocabulo agnatos, fœminis exclu
sis, vt dicit Bal. in. l. cùm acutissimi. C.
de fideicom. & in. l. eam, quam col. 7. &
8. item Fulg. & latè per Ias. in d. l. cũ acu
tissimi & in d. l. si is, qui pro emptore. n. 277.
vbi dicit pro hac conclusione plures cõ
suluisse, & ità fuisse iudicatum, pro ut fert
& Decius. in consi. 365. nu. 7. et. 8. & cõ
si. 366. nu. 4. & alii. quos citat Parisi. in cõ
18 si. 5. nu. 12. & 13. vol. 2. ¶ Sed
qualiter sit impetranda seu petẽda hæc
legitimatio? vide latè per Dida. Coua.
in. c. 6. in secunda parte super decre. vbi
dicit non sufficere si exprimatur spurius:
nisi & uitium, cum quo filius ille concep
tus fuerit exprimatur. uelut si ex monia
li, si ex duplici adulterio. i. coniugato &
coniugata, si ex sorore, matre, filia, vel
nuru, conceptus fuerit secundum cõmu
nem opinionem, & quòd numerandæ
sunt personæ, quarum tangitur interesse:
quià obreptio etiam modica uitiat legiti
mationem. Parisi. in consi. 12. nu. 120.
121. & seque. & consi. 9. nu. 86. & 87. & cõ
19 si. 15. nu. 54. 55. & 57. uol. 2. ¶ Et
an possit fieri talis legitimatio in præiudiciũ
tertii sinè causa etiam de plenitudine pote
statis uide, quæ diceremus in q. de legitima
to in verbo maior natu. q. 6. vbi distin
gue: aut tractas de tollendo ius quæsitum:
aut ius quærendum: primo casu non po
test fieri: quia est quæsitum dominium,
quod iuris naturalis, vel gentium est, &
naturalia non possunt tolli secundũ ma
gis communem cõclusionem à qua nec
in iudicando, nec consulendo recedendum
dum est: licet per actum iuris ciuilis sit
quæsitum. ut ait Soci. nep. in consi. 128.
nu. 32. vol. 2. Parisi. in consi. 101. nu. 70.
vol. 1. latè Felin. Ruy. in fin. Gallau.
nu. 96. in. l. gallus. §. & quid si tantũ
20 ff. de lib. & posth. ¶ Quod limi
ta: nisi ex causa legitimaretur: quia tunc
etiàm ius naturale princeps tollere põt
secundùm omnes in. l. fina. C. si cõtra
ius, vel util. pub. & in. c. que in ecclesiarũ
extrà de consti. et ibi Feli. nu. 26. Didac
Cou. in epitome de matri. in §. 10. cap. 6.
secundæ par. vbi dicit, quòd hanc opinio
nem testatur esse cõmunem Hiero. Gra
tus in cõsi. 1. uol. 2. quod qualiter sit intel
21 ligendum, & qualis debet esse causa: sa
tis est tendens fauorem publicum per tex. prin
cipalem in hac materia in. l. item si ue be
ratum. ff. de rei ven. vide (ut diximus)
d. q. in fin: vbi et dicemus cùm tractatur
de tollẽdo ius quærendũ agnatis, quòd
potest tolli de plenitudine potestatis, si
nè causa etiam, quòd sit ius delatum, quia
ius adeundi non est in bonis nostris. tex.
est in.

est in l. quia return ff. ad leg. falc. & ingenem opi. quā ab impugnationibus subtilis Fortun. defendimus. vbi etiam vide,

21 quid si tractatur de tollendo ius filiis quæsitum: an idem, & quæ diuersitatis ratio sit: inter filios, caterosque agnatos, quo ad causæ expressionem, vide Parisi. in consi. 9. nu. 34. 35. 37. & 38. vol. 2.

22 ¶ Limita tamen prædictā principalem conclusionem non procedere in feudis ecclesiasticis: licet n. imperator ad feuda expressim legitimet, in eis tamē talis legitimatio locum non habebit: quia de iur. sdictione ecclesiastica quicquam ipse detrahere nequit l. consulta diualia C. de testam. ita dicitur in c. nouit de iud. est amplissimū consi. Signo. 120. col. 4. & seq. vbi etiam dicit, quod Imperator ad feuda expressim legitimando directo feudi ecclesiastici domino præiudicare non potest. est ampla disputatio Laud. Aug. in quia per, & contra multa adducit, tandem ita concludit, quod non se extendit ad ecclesiastica: nisi in aliquibus in casibus, vt ibi per eum, & ampla congerie Parisi. in consi. 3. n. 121. vol. 2.

¶ Et sic dic Imperatorem ad feuda, & immunia ecclesiastica proprios subditos legitimare non posse: sed tantū, quo ad sua feuda, et quo ad temporalia. gloss. cō. communiter recepta in c. lege. x. dist. & c. officia. lix. dist. Ita & de Papa quo ad profana bona, secularia feuda, ciuilia, & quæ munera sibi non subditum, ciuilis iurisdictionis gratia legitimare potest, gloss. in d. c. per venerabilem qui fil. sint leg. est communis opinio, cuius meminit D. Couarr. in decret. c. 8. nu. 18. parte secunda.

23 ¶ Aut est legitimatus per subsequens matrimonium, & tunc ad omnia, etiam feudalia indistinctè succedit. Host. Io. An. Anto. Card. Abb. in c. lator qui fi. sint legi. communiter doct. in d. §. naturales, c. 3. si de feu. def. cont. fue. int. do. & agna. per tex. c. in tanta, qui fil. sint leg. sm Parisi. in d. consi. 13. nu. 44. refert communem Abb. in d. c. tanta, & plures citat per D. Couar. in decr. c. 8. nu. 27. secunda parte.

24 ¶ Sic in emphyteusi ecclesiastica legitimatus iste per subsequens matrimonium, admittitur. Bal. in l. præcipimus. §. cum autem C. de inst. & subst. Alex. in d. ex facto §. si quis rogatus col. 2. ff. ad treb. alias cōmu. in d. §. naturales. Cur. in tracta. feu. par. 3. princ. versi. xix. q. cum concor. per Parisi. in d. consi. 13. nu. 42. vol. 2. D. Couar. in d. c. 8. nu. 23. p. 2. sup. decr.

25 Nam filius legitimatus, ratione subsequentis matrimonii verè, & non ficte legitimus dicitur, strictæ significationis rigore, vt in statutis cōcepta hēdatur. Alb. in d. c. tanta col. 2. Anto. in c. per venerabilem qui fil. sint leg. Bertr. dec. 119. col. 2. & cæt. per D. Couar. in d. 2. p. nu. 25.

26 ¶ Amplia primò hanc conclusionem, vt legitimatus filius per subsequens matrimonium succedat in feudo, etsi dotalia non interuenerint instrumenta, tam de iure canonico, quam de iure ciuili, tam in terris ecclesiæ, quam in terris imperii, non obstante. §. fin. inst. de nup. & in auth. de inc. nup. versi. confect. gloss. in l. nuper. C. de nat. lib. §. fin. in auth. de triente, & sem. cum similibus, per quæ iura dotalia requiri videntur instrumenta. sed, quod non requirantur, communis est opinio Alb. in c. 3. col. 2. qui fil. sint leg. et plenius in d. c. tanta nota. 3. vbi Gasp. Cald. ait, Anto. & Card. ita consuluisse, cum communiter per Parisi. in d. consi. 13. nu. 45. vol. 2. est & de iure ciuili cōmunis opinio, vbi non alius est dubium, quam refert, & seq. Dec. in consi. 153. col. 2. versi. non obstat. refert & & seq. Parisi. in d. consi. 13. nu. 51. vol. 2. et statut etiam cōmunem Chas. Rui. in consi. 201. col. 2. vol. 5. refert, & sequitur D. Couarr. in d. c. 8. nu. 8. par. 2. tenet idem. Gui. de Pet. in consi. x. miles feudi.

27 ¶ Amplia secundo, etiam si parentes sint dispares genere, & diuitiis, vt ille gitimatus per sub seq. matr. in feudo succedat Nicol. de Vbal. in tract. de suc. ab intest. col. 16. Ias. in consi. 234. vol. 2. Fit D. Couar. in d. c. 8. p. 2. in decre.

28 ¶ Amplia tertiò, vt etiam si in articulo mortis matrimonium celebratum fuerit, & deinde vnus coniugum statim mortuus fuerit, vt rectè filius legitimatus censeatur, & ad feudi successionem admittatur. Parisi. in consi. lio quinto decimo, numero tertio, vol. primo secundo. Didacus Couarruuias in dicto capitulo octauo numero decimo parte secunda super decreta.

29 ¶ Amplia quarto, vt filij naturales per subsequens matrimonium legitimentur, etiam repugnantibus parentibus, & etiam ipsis inscijs, tempore coniugalis con[illegible]: quia hunc matrimonij fauorem impediri non potest: siquidem [illegible] legitimationem fieri, argu. c. inter cetera. 22. q. 4. D. Couarru. in decre. de [illegible] nu. 12. & 13.

30 ¶ Amplia quinto, vt legitimatio per subsequens matrimonium non solum quo ad parentum: sed etiam, quo ad antecessorum successionem procedat. l. [illegible] de natu. lib. §. [illegible] non solum iuris ciuilis, verum etiam iuris canonici dispositione attenta. c. [illegible] tanta, extra qui fil. sint le. vt plene per doct. [illegible] Pauli. in consi. [illegible] nu. [illegible] vol.

31 ¶ Amplia sexto, vt etiam si lite pendente, filij concepti vel ante matrimonium nati fuerint, vt per subsequens matrim. legitimati in feudo succedant, plene in d. c. [illegible] nam matrimonium [illegible] trahitur, & filiorum fauore, ante eo [illegible] ex matrimonio [illegible] Pauli. in consi. [illegible] vol. [illegible]

32 ¶ Amplia septimo, procedere etiam in [illegible] se, & filiis legitimis con[illegible] vt per subsequens matrimo. [illegible] succedat. [illegible] in consi. [illegible] col. [illegible] vol. 4. etiam in praeiudicium [illegible] qui vocati fuissent [illegible] legitimatio facta non fuisset. Soc. in con. [illegible] vol. [illegible] Et [illegible] legitimatum per subsequens matrimonium: & legitimatum per rescriptum [illegible] in eadem successione, fauor matrimonij [illegible] & contra [illegible] in Portug. Garzia in l. gallus [illegible] ff. de lib. & post. [illegible] in quo [illegible]

33 ¶ [illegible] intelligenda sunt, cum [illegible] in feudo succedat: [illegible] masculi, non foeminae [illegible] maior, [illegible]

34 ¶ [illegible] an adoptiuus frater in feudo succedat? & dic, quod non [illegible]

adoptiuus, si defec. succ. [illegible] singularem feudorum naturam: tum [illegible] ne feudatarijs contra dominos machinandi detur occasio: siquidem in legitimorum defectu, feudum domino deuoluetur, & aperietur. Guil. de Perusio in consi. 10. col. [illegible] vt ita in extraneum adoptatur, sicut in sanguinis [illegible] de electio. [illegible] Nam [illegible] authoritate principis ex [illegible] ea lege arrogetur, vt succedat in feudo atque [illegible] que no. in c. naturales, si de feu. fu. [illegible] quod potissime [illegible] secundum Bal. quem sequitur Alle. & Prae. in d. §. adoptiuus. Et [illegible] arrogatione concurrant [illegible] cum in adoptiuis. C. de adop. [illegible] per Prepo. in d. §. adoptiuus. Et nisi tenore [illegible] docetur [illegible] de duo. fra. de no. [illegible] in d. §. adoptiuus. ¶ Sed an licet adoptiuos, qui alias succedunt comprehendantur in statuto simpliciter loquente videtur, quod non. Tiraq. in tract. primogeniturae q. 34. [illegible] concludit, quod licet adoptiuus filius in regnis, & feudis succedat, & haereditatem ad suos transmittat haeredes, [illegible] faciat; vt [illegible] dicit in nu. 3. & 4. [illegible] in l. si vnquam. [illegible] nu. 6. & 10. Attamen statutum loquens de filio, de vero naturali, & legitimo tantum, vel de ficto intelligi debet. l. fideicommissum. ff. de cond. & dem. & alia adducit: quia adoptiuus non est verus filius. & quia [illegible] in statuto non comprehenditur, licet [illegible] esse filium legitimum, & naturalem, quam adoptiuum [illegible] arrogatum: licet vere legitimus dicatur. Bal. in l. si [illegible] parens C. de suis & leg. Bran. in tract. de stat. foem. exclu. [illegible] in princ. & nu. 17. Decius in consilio [illegible] in princ. Crotus in l. gallus. §. & quid [illegible] nu. 166. ff. de lib. & posth. [illegible] statutum faciens mentionem de filio non comprehendit adoptiuum vel arrogatum: quia prouisio statuti loquentis in casu [illegible] et testamento Bran.

FRATER

SVMMARIA.

Statutũ fœminas propter fratres excludens, de fratre paterno, & non de fratre de sequi [illegible] 1

Fratris appellatione in materia fauorabili [illegible] sorores continentur. 2

FRATER. No. q fratrẽ ad fratrẽ defunctũ successionem in feudo admittunt. Quod intelligendum est, de fratre carnali primo : & non de fratre [illegible] secundũ communem opinionẽ de qua per Bar. in l. lucius, [illegible] cõsulẽ, [illegible] q statutum excludens fratres sorores, excludens de fratribus carnalibus prioris : & non de [illegible] intelligatur, itaq patrueles [illegible] non veniunt. [illegible] in l. dotali. ff. solu. matr. Alex. in consi. [illegible] & consi. 105 vol. [illegible] in consi. 17 [illegible] vol. [illegible] Spec. in consi. [illegible] cum conce. per [illegible] in consi. [illegible] nu. 14. vol. [illegible] Et [illegible] q fratrũ appellatione fauorabili in materia sorores etiam veniunt. Aug. [illegible] in c. canonum statuta post medium, ver. [illegible] de filius, & ne. [illegible] & c. [illegible] de consti. [illegible] ad Bar. in l. lucius. [illegible] ad [illegible] quæ doctrina simpliciter intelligere gloss. & Bar. ibi simpli. [illegible] loquentes, q fratris appellatione veniant sorores.

IN VERBVM VSQVE

SVMMARIA.

Vsq. dictio: an ponatur inclusiuè. 3 [illegible]

Localis Papæ declaratio ius inter omnes facit. 3

Vsq; dictio inclusiuè ponitur in determinatione graduum, siue per quantitates, siue per dignitates, vel numeri specificatiuè distinctione. 3 & 4

[illegible] principij sit complicanda. [illegible]

Vsq; dictio fauorabili quælibet in materia inclusiuè ponitur. [illegible]

Successionũ materia fauorabilis est. 7

Lex fuã ad [illegible] facile trahit. 8

Statutũ ad ius antiquũ redactũ est fauorabile, & [illegible] quod [illegible] iuris prudentiã corrigat. 9

Principis pronuntiatio: quando generale ius faciat? 10 & 11

Persona primi acquirentis: an in graduum numeratione computetur? 12

Graduũ cõputatio à secundo transuersali, & gradu incipit. ibidem.

Graduũ computatio feudali in materia fit, secundũ ius ciuile. 13

Stat. mentionem de gradibus agens, secundum [illegible] ciuilis cõputationẽ intelligitur. 14

Gradus secundũ ius ciuile cõputatur, & succe[illegible] [illegible] materia, & in terra ecclesiæ. 15

Clausula in vno cap. apposita an referatur ad alia? 16

Vsq; dictio : super loco, super tempore, vel super numero, remissiuè. 17

VSQVE. Quæro: an hæc dictio (vsq;) hic ponatur inclusiuè, ita vt [illegible] nepotem, & consequenter septimum includat gradum : an exclusiuè? Et q exclusiuè, septimum excludendo gradũ & sextum includendo, ponatur, tenuit Guil. de Ferno. & do. meus præceptor do. Blasius Lucæ in reper. huius [illegible] cap. ità dicens hanc solui difficultatem, vt septimus excludatur : & sextus includatur gradus, & subdit ità tenere Sacram [illegible], qui est Bernardus de Medico in [illegible] de succe. collate. in feu. pater. vel au. [illegible] credimus literam deprauatam : siquidem eum vidimus, & totum tenet oppositum. ità etiam tenet Per. Grego. in tract. cõcessi. feu. par. 4. q. 3. vel 2. versi. item ius siculorum deficiente legitimo, & par. 4. q. 5. circa medium, & si tenemus cap. papæ Honorij : si aliquẽ præsens cap. esse, vt non nulli falsi sunt, vt diximus in præl. nu. 67. ità etiam [illegible] omnium primus tenuit Andr. in c. 1. §. hoc quoq. p° t° feu. dicẽs ità declaratũ fuisse p papam Honoriũ, vt dictio vsq; exclusiuè capiat, & q localis papæ declaratio ius inter õẽs facit, sic

& potissimum [illegible] fundamentum est [illegible]; vsque, & tex. in [illegible] filius. §. primo, iuncta ibi glossa, ff. de legatis primo.

